



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Magna Gloria Antiquæ & Novissimæ Domus
Schwarzacensis A Magno Sacerdotio Sive Vita & Res
Præclare Gestæ ... DD. Abbatum Celeberrimi &
Antiquissimi Monasterii O. S. B. in Münster-Schwartzach**

Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>

Wirceburgi, 1743

Simon Abbas XXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64362](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64362)

quis de Steinfeld jus Patronatûs, ut vocant, facelli Suntheim nobis liberaliter concessit, robore hanc donationem autoritate suâ Dietherico Episcopo Herbipolensi; Heroldum anno 1232. ex mortali hac vita piè decedentem, altero mox anno 1233. secutus est

SIMON ABBAS XXIV.

Vix gubernaculis Monasterii nostri admotus Simon fuit, animum continuò adjecit ad ædificia hostilibus nuper flammis absorpta rursus extruenda; quamvis bellici tumultus, quibus Cives Herbipolenses Episcopum suum implicabant, nondum compositi essent, quin quot diebus magis magisque invalescerent. Et perfecisset sinè dubio inchoatum opus, nisi vix elapsis in abbatiâli officio annis 15. requiescere à laboribus suis iussus fuisset anno 1248.

RUTGERUS ABBAS XXV.

Restorationem Monasterii ab Antecessore inchoatam absolvere studuit Rutgerus Abbas hac dignitate ornatus anno 1248; quam quoad gessit, variis modis Monasterii sui utilitati consultum